

DISSERTATIO  
THEOLOGICO-PRACTICA,  
EX RECENTIORIBUS  
EXHIBENS QVÆSTIONEM:

AN LICEAT SA-  
CRUM DEPONE-  
RE OFFICIUM?

QVAM  
CONSENTIENTE SUMME REFERENDO THEOLOGORUM  
IN HAC ALMA ORDINĒ,  
PRÆSIDE,


ALBERTO JOACHIMO  
de KRAKEVITZ,

Eq. MECLENB. S. S. TH. D. CAT. CHRIST.  
ut & HEBR. LING. P. D. P. O.

IN ILLUSTRĪ ad VARNUM ACADEMIA;


A. S. R. MDCCIII. d. 17. MARTII.

PUBLICO COMMILITONUM EXAMINI SISTIT,

MARTINUS CHRISTIA-  
NUS  Suisel. Scarg: Pomt.

S. S. Theol. Stud.

Initium fiet hora octava, præmissa oratione Præsidis,  
cujus thema; Qvomodo Studiosus Theologiæ in Academia  
Studia sua utiliter gerere possit?



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Coll. diss. A  
64, 35

a. L'XIV. 35.



# STARGARDIÆ,

Regiæ Pomeranorum civitatis  
SENATUI SPLENDIDISSIMO.

## VIRIS

*Generosissimo, Nobilissimis, Consultissimis,  
Doctissimis atq; Prudentissimis,*

DN. CONSILIARIO Provinciali Spe-  
ctatissimo,

DNN. CONSULIBUS Magnificis,

DN. SYNDICO Facundissimo,

DNN. CAMERARIIS Solertissimis,

DNN. SENATORIBUS Justissimis,

## DOMINIS

Promotoribus, Patronis ac Fautoribus,  
Ut Pretiosissimis, sic Æstimatissimis,

Dissertationem hanc Theologico-  
Practicam, in debitæ Observantiæ tesse-  
ram, cum omnigenæ salutis voto,  
officiosissime

offert, dicat & dedicat.

MARTINUS CHRISTIANUS Rüssel.  
S. S. Th. Stud.





# PRÆFAMEN.



Icet inveteratus humani generis hostis non sine causa dicatur *Mille artifex*, ob innumera sua stratagemata, quibus miseros nos circumvenire solet, ipse tamen finis & scopus omnium actionum Diabolicarum adeo certe constat, ut Apostolus Paulus scribere potuerit: Ου γὰρ τὰ νοήματα αὐτῆς ἀγνοομεν 2. Cor. II. II. Optime Lutherus: Uns ist nicht unbewußt / was er im Sinn hat.

Sed amabo! quid hæc noscere juvat? respondet Apostolus I. c. V. πρᾶξ. ἵνα μὴ πλεονεκτῆθῶμεν ὑπὸ τῆς σατανᾶ, ne superemur à Satana; qui hic comparatur cum avaris & sanguisugis, qui omnium devorare annuntur opes, quapropter variis quoque fraudibus, technis atque insidiis utuntur. Qvale autem hic est remedium? γρηγορεῖτε καὶ προσέχετε, inquit optimus Magister, Matth. XXVI. 41. ἀγρηγορεῖτε ὑμεῖς τῆς πειρῆς, ita docet Petrus I. Ep. V. 9. add. Jac. I. 7. Ah, o immortale Numen! quis potest resistere, tot insidiis, structuris, machinationibus, potentiis? conf. Eph. VI. 5. Quis inter tot scandala hujus mundi suam servare potest animam? Conf. Matth. XXIV. 24, Luc. XXI. 8. Cavete o dilecti! quotquot horum præsciti estis, ne nefariorum errore cum illis abducti, excidatis τῆς ἰδίας σήμερον proprio vestro munimento, 2. Pet. III. 17. Munimentum vero hoc nihil aliud est quam verbum Christi, Prophetarum & Apostolorum. Superstructi sumus super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, existente imo angulari lapide ipso Jesu Christo. Eph. II. 10. Utinam huic fundamento firmiter omnes adhereremus, & ab eodem neque minis neque blanditiis, neque veritatis neque pietatis, neque conscientiae specie nos divelli pateremur, sed  
 A semper



semper summo cum timore & tremore probaremus, quid sit voluntas Domini. Novimus *νοηματα* Satanæ, novimus eundem in lucis Angelum sese transformare posse, novimus ejus Apostolos religionis Zelum induere. Caveamus itaq; o Fratres! ne excidamus *τα ιδια αγρυμυα*. Habuit per Dei gratiam, Ecclesia in his terris militans, semper Vigiles, ad minimum aliquos, industrios atq; probatos, qui non semetipsos tantum, verum suos quoq; Auditores intra insuperabile verbi divini fortalitium, salvos servarunt atq; incolumes; qui pro sua suarumq; concreditarum animarum salute vitam fortunamq; periculo exponere, haud detrectarunt; qui, licet officicii divinitus concrediti molem, omnibus suis humanis longe majorem viribus, probe senserint, & *τα βαρη τα αυταρα* sufficienter intellexerint, suos tamen non subtraxerunt oneri humeros, sed divino freti auxilio, ad extremum usq; vitæ halitum, Deo & Ecclesiæ suos consecrarunt labores. Evenit quidem & pientissimis interdum animabus, ut non leves de capessenda fuga, eas dixerent cogitationes; oprant liberari à tam oneroso & molesto jugo, cujus gravitatem ij satis superq; sentiunt, qui perpendunt, quantas aliquando reddituri sint Domino suo rationes. Præviderat talia jam ante annos aliquot, celeberrimus *Dn. Spennerus*, adeoq; illorum animos, qui ejusmodi tentationibus obnoxii sunt, præmunire voluit, excussa quæstione: *Ob ein Christlicher Prediger bey dieser jetzigen Bewandnis und Verderben unsers Christenthums und Kirchenwesens mit gutem Gewissen in seinem Kirchen Dienst bleiben könne / oder ob er nothwendig aus demselben ausgehen / und auff solche Weise seine Seele retten müsse?* quæ ipsa quæstio annexa est denique Klagen über das verdorbene Christenthum. Hæc cum jam publici juris facta essent, nihilominus infecuta sunt periculosa & consilia & attentata. Haud ita pridem est, cum Berolini scriptum evulgaretur, cujus Autor, ob communem, ut putabat, Ecclesiæ nostræ abusum, quo omnes sine discrimine, tam mali quam boni ad Sacramentum Cœnæ admittuntur, colligebat, Ecclesiam nostram Papismo & Anti-Christianismo infectam esse, quapropter ejus quoque Ministri se pro  
veris



veris haud venditare, neq; officium suum pura Conscientia ge-  
 rere posse, potius deponendum esse illud: & quæ reliqua erant  
 gravamina. Notum est, (ut alios qui sine justa causa officia  
 deposuerunt, taceam, quale exemplum nuper vicinia vidit,) *quomodo Arnoldus* publicum suum resignaverit Academicum  
 officium, publico quoque scripto facti sui rationes exponens;  
 cui tamen alius quidam se opposuit in der offenherzigen wohlmet-  
 nenden Erinnerung / über eines ungenandten Freundes offenherzigen  
 Betändnis / warum er sein hohes Amt und Profession verlassen.  
 His ipsis omnino annumerandus est tractatus, quidam cum suis  
 commentationibus, qui Ao. 1701. excusus, titulum gerit: *Neun*  
*Priester Teuffel etc.* cujus unicus scopus est, dehonestare Eccle-  
 siarum nostrarum Ministerium, ejusque averlationem omnibus  
 & singulis instillare. Autor certe, Fanaticismi & Indifferentismi  
 principiis imbutus, accurata opus habet Conscientiæ *δοκιμασία*  
 & vera ad DEUM conversione; ad quam ipsi fortassis non sine  
 fructu inservire posset die neulich edirte Bewissens Rüge an dem  
 Hn. Christian. Thomasius gestellet. Verissime enim insulas suas  
 commentationes ita conclusit: Ich habe mich mit dem Stylo und  
 angeführten Umständen / so deutlich zu erkennen gegeben / als wann  
 ich mich vorne an hätte lassen in Kupffer stechen. Utinam vero  
 nunquam lucem adspexissent publicam, tot infelices felicissimi  
 alioquin ingenii abortus! Et ut alia præteream, de quibus vi-  
 deri potest Dn. D. *Schelwigius* in *Wigandianis* pag, 85. & sq. ille,  
 qui jam præteritus est annus, duo nobis reliquit publica scripta,  
 quorum unum B. P. C. Sendschreiben von Qviturung seines Pre-  
 digers Dienstes &c. Alterum vero, eines Geistreichen frommen  
 Predigers Sendschreiben an einen andern / darinnen ihm die Pflicht  
 in seinen Amte nach der Umstände Beschaffenheit vorgestellet wird.  
 Quod jam Anno 1689: adjectum fuit pientissimi alioquin Jcti  
 Dn. *Abasperi Eritschii* heutigen falschen Christenthum / nunc au-  
 tem separatim exculum prostat. Quæ ipsa scripta, cum facile  
 unum alterumve irritare possint, & in meas pervenerint ma-  
 nus, neque melateret, quænam Satanæ essent *von mir*, ansam  
 dederunt, præsentem conscribendi dissertationem, præprimis



cum ipse Nobilissimus hujus Disputationis Defensor, qui respondendo ejus tuebitur partes, hanc præ omnibus aliis sibi met ipsi selegerit collationis publicæ materiam. Nos itaq; hic arduam quæstionem: *An sacrum liceat deponere officium?* modestissimè sistimus, & cum Hieronymo de scriptis Origenianis monente, *personas omittimus, rebusq; que unice inbaromus.* Concedat autem æternum Numen, ut vere & piè meditemur, meditata sobriè proponamus, proposita felicissimè fructus ferant, unusquisque legitimè certet, nobisq; omnibus tandem constantiæ imponatur Corona.

## TRACTATIO.

### §. I.



Vamvis alii fusius Dissertationum titulos exponere & enucleare soleant, nobis tamen sufficet brevibus indicasse, quæ de materia acturi simus, unde per se patebit, quænam præsentis non sint considerationis. *Officium* itaque nobis in illa venit acceptione, quatenus *munus* denotat aut *functionem*, quam aliquis obit, Conf. Bibl. *Ravanelli* P. II. p. 425.

a. Ejusmodi functiones cum variæ esse possint, de omnibus vero indiscriminatim agere, nostri non sit fori neque instituti, determinationem adiecimus & *sacrum* indigitavimus *officium*, non quidem eo sensu, quatenus omnia Christianorum officia sacra, ad minimum DEO sacrata esse debent, sed quatenus pro objecto imprimis habet res sacras, i.e. eas, quæ æternam animarum nostrarum salutem respiciunt. Hujus generis officia commode dispescuntur in *principalia* & *secundaria*; illa consistunt in facultate docendi verbum DEI publicè ad populum & administrandi Sacramenta, nec non utendi clavibus Ecclesiasticis, quibus juxta *Balduinum* C. Consc. L. IV. Cap. VII. addi possent

Confer.



Conservatio boni ordinis & disciplinae Ecclesiasticae; haec vero  
sequioribus laboribus in Ecclesia exantlandis consecrata, e. g.  
Oeconomorum, Cantorum, Aedituorum. Conf. *Brunnemann*,  
Jus Eccles. L. I. C. IV. §. II. non de his, sed de illis quaestio  
intelligi debet. Eadem ratione facile ex integro verborum  
contextu dijudicari potest, in quo significato hic verbum  
*deponere* adhibeamus, nimirum quatenus apud *Ciceronem* dicitur,  
*relinquere & deponere civitatem*, das Bürger-Recht fahren lassen  
und es aufgeben; aut apud *Quintilianum*: *Dictaturam deponere & c.*

§. II. Circa ipsum quaestiones statum notamus (1.) No-  
bis minime esse sermonem de tali officio, quod propria autori-  
tate susceptum est, quod haut una vice in sacris literis impro-  
batur, conf. Ebr. V. 4. Rom. X. 15. Neq; (2) de eo, quod au-  
toritate inconvenienti demandatum est, s. quod *citra ullius in*  
*Ecclesia ordinis suffragium ab aliquo extra eam posito, qualis esse*  
*potest Pontificius, aut alius haereticus Magistratus, per vim insti-*  
*tuitur atq; peragitur.* De tali officio non veremur asserere,  
quod ipso jure plane nullum sit, & prorsus simile eorum, qui  
*citra omnem vocationem currunt, seq; ipsos ingerunt.* Vid. *Tar-*  
*novius* de Minist. S. L. I. C. XIII. p. 145. & C. XIV. p. 148. Conf.  
quoq; si placet *Weberi* Tract. de Jure Patron. p. 89. sq. (3) Neq;  
de eo, ad quod rite gerendum, tam proprio, quam alieno  
judicio simpliciter aliquis inhabilis judicatur. Neq; (4.) quaer-  
ritur: An is, qui autoritate publica justis de causis ab officio  
removeretur, suum possit deponere officium? Neq; (5) An Mi-  
nister Ecclesiae aliorum ad sacra munia subeunda vocatus, suum  
possit resignare officium? Sed (6.) An is qui interne & externe  
vocatus, insuper vero ad illam, quam ex Dei nutu functionem  
gerit, idoneus judicatur, dimissionem suam, *citra sufficientem ipsi*  
*datam occasionem desiderare, ipsumq; deponere possit officium, aut*  
*si quae adfuerint rationes, quanam sufficientes sint, ut actu ad*  
*officij suadere possint depositionem?*

§. III. Antequam progredior, me necessitate quadam  
quasi obstrictum sentio, explicandi ea, quae circa ipsum quaer-  
tionis statum allata sunt. Dictum est de *Vocatione interna*, &



moralium Doctores circa officium, quod homo sibi ipsi debet, primario inculcant, ut expendantur dona, quæ à DEO concessa sunt; latitat etenim haud raro vocatio divina in ipsis donis naturalibus, siquidem absq; dubio DEUS, optimus hujus Universi Moderator, unumquemq; ijs exornat dotibus, quibus ad hoc vel illud officium, ad quod sua nos suaviter trahit sapientia, opus est. Quapropter & illi graviter delinquent, qui magis temere quam consilio, magis externis rerum illecebris illecti, quam naturali vocatione ducti, certum sibi eligunt vitæ genus. Conf. *Bajerus* in *Comp. Theol. Moral.* pag. 469. & *Dn. Langius* in *Supplem. ad h. Comp.* p. 121. sq. Haud obscure idem sacra docet pagina, evolvatur 2. *Tim. II. 2.* Hæc tamen donorum præsentia, licet sit requisitum maximè necessarium, imo internæ vocationis haud raro indicium, propriè tamen loquendo, non est ipsa interna vocatio, præprimis si de lacris loquamur officijs, hæc etenim juxta Scripturæ regulam nihil aliud est, quam divinus tractus alliciens hominem, sine ullo respectu commodi aut honoris, incommodi itidem & ignominia, ad subeundos in DEI vinea labores, conf. 1. *Petr. V. 2.* vid. *Celeberrimi Dn. D. Mayer* *Diff. de Studiorum mutatione* p. 17. & sqq. ubi simul recensentur, quænam sint internæ vocationis signa, & rariora suppeditantur exempla ex *Andrea Gerbaro Hyperio*, de ratione studii *Theol. Sancti* si consulantur Patres, memorabile est *Augustini* in *Johannem Tr. 123.* effatum: *Sit Amoris officium, pascere Dominicum gregem, si fuit timoris, indicium, negare Pastorem.* *Bernhardo* *Serm. LVIII. in Cant. Cant.* hæc vocatio est *intima quedam Charitatis stimulatio.* Quam in rem elegantissimæ quoq; sunt *Divi Chrysostomi* meditationes L. II. de Sacerdotio. Exemplum si desideretur, luculentius vix extare autumo *Propheta Jeremia*, conf. *Prophetiæ ejus Cap. XX: 9.* Explorare hæc internam vocationem, rem fateor esse arduam atq; momentosam. Recordari subit, *Chrysostomum* in ipso secundo, quem citavimus, de Sacerdotio Libro, postquam hæc protulerat verba: *Non ab re igitur Dominus Jesus, pastoris studium adversus gregem impensum, amoris ac charitatis erga se Symbolum esse*

esse



esse dixit, Compellatum esse à Basilio: Tu vero, & Chrysofome Chry-  
 sum non amas? illum vero regessisse: Amo & amare certe nunquam  
 desistam, ceterum vereor, ne quem amo, eum irritem. Dubius  
 sane sum, an Chrysofomum Sacerdotium effugientem, tanta  
 argumentorum fortitudine, ipsum Basilium erigentem atque  
 excitantem excusare possim! Hoc habeo pro certo, esse, qui  
 internæ quidem vocationis stimulum sentiunt, aliarum tamen  
 circumstantiarum contemplatione moti, haud sine vitio, divino  
 sese opponunt tractui, unde, licet etiam per subsequentem ex-  
 ternam vocationem de optima summi Numinis voluntate certi  
 reddantur, contra tamen niti, non erubescunt. Exemplo esse  
 potest Jonas Propheta conf. C. IV. i. 2. ad quæ verba non imperti-  
 nenter R. S. Jarchi יודע אני שאם יחזרו בתשובה לי שקר בעיניהם  
 i. e. Ego sciebam, te non va-  
 staturum eos esse, si redirent per penitentiam, me vero mendacem  
 esse in Oculis ipsorum. Nos, qui jam inquirimus, quid justum  
 sit, quidve injustum, existimamus, internam vocationem me-  
 diante divino & ab omnibus mundanis respectibus purificato  
 tractu insinuatam, sine gravissimo Conscientiæ vulnere negligi  
 non posse. Quid autem faciendum, inqvies, si de interna  
 mihi non satis constet vocatione? Et resp. inqvirendum omni  
 studio, an revera nulla adsint vocationis internæ indicia, &  
 tunc non facile autor essem consilii de subeundo munere. Alia  
 verò est ratio in iis, qui quasi in lucta constituti, dubii sunt, in-  
 quam inclinent partem; in his certe distinguendæ sunt carnis  
 reliquæ à primitiis Spiritus, ratione illarum opus habent, ut  
 extrudantur, Conf. Matth. IX. 38. ratione harum tandem volentes  
 sequuntur. Conf. Matth. XXVI. 41. & Cant. I. 4.

§. IV. Quemadmodum verò internam vocationem  
 juxta §. præcedentem necessaria concomitari solent dona, ita  
 horum quoque accuratum requiritur scrutinium, mensuran-  
 dum tamen pro officiorum dignitate & onere. Horum do-  
 norum Inqvistorem ipsum constituere vocandum, mihi equi-  
 dem videtur dubium. Improbare quidem non possum illam  
 Chrysofomi L. II. de Sacerdotio, sententiam, quod non liceat in  
 ejusmodi



eiusmodi casu vulgarem tantum sequi famam atq; opinionem, sed  
 necesse esse, ut una cum ea, vocandi vires facultatesq; imprimis  
 excutiantur atq; ante omnia examinentur. Interim tamen ei-  
 dem assentiri non possum, cum Lib. III, de Sacerd. scribit:  
*In ijs, quæ ad nos spectant, par est, ut nostrum potius, quam alio-  
 rum sequamur, iudicium, quæ enim in homine sunt, nullus novit,  
 nisi Spiritus hominis.* Hæc sententia, cum multos nimis à Sacerdo-  
 tio retrahere possit, intentam meretur considerationem. Certè  
 si Pauli quicquam valet præ Chrysostomi autoritas, plus alio-  
 rum, quam nostro tribuendum est iudicio. Claret hoc ex  
 insigni illa ad Tit 1. 5. 6. sq. data instructione, in qua omnis  
 explorandi vocandorum idoneitatem, facultas Tito, Episcopo  
 Cretensi, adscribitur. Non quidem rejicimus proprias explo-  
 rationes, sed an iis ultimato acquiescendum sit, merito dubita-  
 tur. Necesse est, cur nos moveat ille à Chrysostomo adductus lo-  
 cus 1. Cor. II. 11. Siquidem inspectio ipsa satis docet, ibi de abdi-  
 tis & secretis hominum cogitationibus unice sermonem esse:

§. V. Hæc itaq; si rectè se habeant, eorumq; qui  
 eruditione & pietate sunt conspicui, probentur iudicio, non  
 excusabilem esse sinunt eum, qui accedente legitima vocatione  
 externa, eandem declinando, suam potius sectatur commodita-  
 tem, quam Ecclesiæ utilitatem. - Varia quidem sunt, quæ cir-  
 ca legitimam vocationem expendenda veniunt, cum autem  
 in tanta materiarum ubertate, ob præfixum hujus Dissertationis  
 terminum, nil nisi selectus nobis concedatur, sequentes legi-  
 timæ vocationis constituimus notas. (1) Si ex totius Ecclesiæ  
 consensu alicui munus deferatur, & nemo sit, qui justam aut  
 sufficientem afferre possit contradicendi rationem 1. Cor. III. 21.  
 Matth. VIII. 17. Act. XV. 22. (2) Si vocatus in conscientia sua  
 certus, se hunc consensum nullis illegitimis imperasse mediis,  
 nimirum vel intempestivis querelis atq; sollicitationibus, ami-  
 corum precibus, muneribus, promissionibus, pactis atq; con-  
 ditionibus illicitis &c. Agnoverunt hanc vocationis ex-  
 ternæ necessitatem pii nostri majores, quoproppter Art. XIV.  
 A. C. suam ita expresserunt sententiam: *De ordine Ecclesiastico  
 docent*



*docent, quod nemo debeat in Ecclesia docere, nisi ritè vocatus.* Novimus quidem in Ecclesijs plantandis, quemlibet Christianum, non quidem præcisè ex communis sacerdotij, sed Christianæ charitatis & status (conf. Hannek. de V. A. C. æstimat. p. 251.) jure, etiam sine speciali vocatione, obligatum esse ad verbi prædicationem rudiorumque informationem. conf. *Lutherus* in libr. de potest. Eccl. vocandi ministr. T. II. Jen. Germ. f. 233. *Ambros.* Comm. in Ep. ad Eph. IV. In *plantata* tamen, licet ordinario- rum verbi ministrorum totalis sit defectus, publici tamen ministerii munia exercere nemo præsumat, nisi aliquo modo ad ea vocetur, hinc idem *Lutherus* l. c. *Wenn einer ist/ da Christen sind/ die gleiche Macht und Recht haben/ da soll er sich selber nicht herfür thun/ sondern sich beruffen und herfür ziehen lassen.* &c.

§. VI. Hactenus in compendio egimus de iis, sine quorum enucleatione omnis noster frustraneus fuisset labor; nunc ipsam aggredimur quæstionem, cujus negativam ita in nos defendendam suscipimus, ut negationis nostræ omnium primum afferamus rationes, postea vero eandem à potioribus vindicemus objectionibus.

§. VII. Solet pro præsentis quæstionis decisione negativa afferri ex *Jure Canonico*, quod potius Episcopo naufragium rei familiaris & fortunarum faciendum, quam ut Ecclesiam suam deserat. c. *Novatianus* & c. *suggestum caus.* 7. q. 1. & ratio additur, *quia est sponsa ipsius; Sicut vir VII. q. 1.* conferatur quoq; *Hieronymus* Ep. 83. ad Oceanum. *Marcus Anton.* de *Dominis* de Rep. Eccl. c. 7. n. 24. ex recentioribus *Weberi* *Introd.* Episc. p. 159. *Ziegl* in *Notis* ad *Instit.* J. C. *Stephani* p. 143. Hoc ipsum quoq; olim ita obtinuisse, ut si reliquissent ecclesiam, ad eam quasi fugitivi redire compellerentur censuris Ecclesiasticis, ex *Can. non oportet.* it. *Can. Si qui verò.* 7. quæst. 1. probat *Francisc. de Røye* in *Instit.* *Jur. Can.* edit. *Ziegl.* p. 490. Verum hæc ratio non satis firmo stat talo; quod si enim juxta Scripturæ regulam incedimus, non Pastor, sed Christus est Sponsus & maritus Ecclesiæ Eph. V. 25. 1. Cor. XI. 2. Joh. III. 29. Præterea rectè monet B. *Qvendst.* in *Ethic. pastorali* p. 713. sq. *Quamvis nemini liceat contrahere cum Ecclesia aliqua vel ad certos annos, vel inde-*  
B finitè



finite, ad quemcumque ipsi visum fuerit terminum, & unusquisque ea vocatione, qua vocatus est, manere debeat, 1. Cor. VII. 20. non tamen propterea is, qui loco aut Ecclesie alicui suam operam primo addixit, ita eidem perpetuo jure devinctus est, ut nunquam illesa conscientia, oblata praefer spem & expectationem legitima & undique proba vocatione, eam deserere & ad aliam transire aut migrare possit. Add. Langius in suppl. ad Comp. Th. Moralis B. Bayeri p. 498. Pfeiff. Anti-Mel. L. II, c. 9. p. 240. Imò, illam adductam rationem tanti non esse, ut attendatur, ex ipso jure Canonico demonstrari potest, cum inibi expressè Episcoporum concedatur resignatio, modo aliqua causa fiat, quarum C. 10, X. de Renunc. sex recensentur, sequent. inclusæ vers.

*Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,*

*Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.*

Vid. D. Godofredi Nic. Ittig. Diss. Inaug. de Offic. in fav. tertii resign. & Zieglerus in Notis ad Francisci de Roye Inst. J. Can. p. 490. qui talem renunciationem sensim & conniventibus oculis admittam esse, docet. Conf. idem Ziegl. ad Lancellottum L. I. tit. 19,

§. VIII. Ex sacro codice pro sententia nostra à quibusdam allegatur Luc. IX. 62. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Certè hæc infimæ laudis Theologi ex præsentis loco collegerunt, sacrum non posse deponi officium: Ita quippe eundem intellexerunt Theologi Jenenses apud Dedekennum Vol. I. Conf. Theol. p. 3. L. 1. m. 2. sect. 9. n. 12. Duntius in Cas. Consc. c. 18. sect. 2. q. 4. Tarnovius de Ministr. L. 3. c. 1. q. 1. p. m. 1280. addatur D. Henricus Vincens in Diss. de Apostasia Studiosorum p. 28. aliiq; quam plurimi. At, quod salva tantorum Nominum existimatione dixerim; an directè nostra thesis inde probari possit? (quod affirmare Tarnovius & Jenenses omnino videntur,) ego equidem asserere non ausim; potius ipse contextus svadet, eundem interpretandum esse de generali Christianismi statu, (non tamen negando omnem simpliciter ad Evangelii ministerium respectum, quippe quod occasionem generali huic sententiæ dedisse, ex collat. v. 60. omnino patet:) cui si quis sese addixerit, ita tamen, ut simultaneo aut majori studio

dio



dio terrestria curare velit, de illo Salvator pronunciet, talem non esse aptum regno Dei. Quod ipsum sane eò luculentius patebit, si consideraverimus, in loco citato nullam fieri resignationis aut depositionis mentionem, sed denotari utriusq; actus simultaneum exercitium, tam voce επιβαλων quàm βλέπων indigitatum, ab ipso Domino tamen jure negatum. Militant pro hac expositione Lyferus in Harmon. Ghemn, Walrus in Comm. ad h. textum, Flacius Illyricus, cujus hæc sunt σημειώσεις: Parabolica hæc locutione significatur, eum, qui dedit nomen Christo, seq; ejus discipulum professus est, oportere prorsus illi addictum esse. Vult Christus suorum cor sibi penitus consecratum esse, ut etiamsi habeant negotia & opes, sint tanquam non habentes & possidentes. Licet verò hanc posteriorem sententiam priori præferendam esse existimem, nihilominus tamen indirectè & hanc probationi thesisi nostræ inservire posse, persuasus sum. Quisquis enim sine gravi consilio sacrum deponit officium, is certè animum prodit terrena sapientem, crucemq; Domini declinantem, quales cum ipsi regno tanquam cives haud aptos Dominus ipse declaret, manifestò sequitur, officium sacrum salva conscientia deponi non posse.

§. IX. Prodeant nunc illa Scripturæ testimonia, in quibus omnibus ac singulis constantia atque perseverantia in vocatione divinitus mandata commendantur. Egregius est locus ex 1. Cor. VII. 17. *Ut unicuique partitus est Deus, ut unumquemque vocavit Dominus, ita ambulet.* it. v. 20. *Unusquisque in qua vocatione vocatus fuit, in ea maneat.* Et mox v. 24 *Unusquisq; in quo vocatus fuit, in hoc maneat apud Deum.* Non inquiram operosè in præsentem, an illorum vitæ conditio, qui nondum ad Deum conversi, vocatio dici queat, ex quo fundamento à non nemine ad præsentem ex 1. Cor. VII, 17. locum observatum memini, quod hîc quidem omnis vitæ conditio intelligatur, eandem tamen ante conversionem κλησιν non dici, nisi quatenus hoc nomen trahit ex statu consequente. Videtur etenim Vir Celeberrimus respicere talem vocationem, quæ non tantum civiliter, sed & Christiane legitima est. Hinc licet vocationis nomen simpliciter ejusmodi vitæ con-



ditioni denegare nolum, quod mihi equidem vel e solo Ezech. C. XXIX 18. 19. 20. claret, si modo inter comp acentiam ipsius vocationis & personæ distinguatur; certum tamen est, ipsum hominem ante regenerationem non fuisse apud Deum. Sed quicquid ejus sit, hoc luculentissimè ex loco allegato concluditur, quod unusquisque in sua vocatione sine detrimento Christianismi sui manere possit, si modo in timore Domini ambulet. Proposuerat etenim Apostolus sententiam suam de Conjugio fidelis & infidelis, & ea occasione ingreditur locum communem, de variis hujus vitæ conditionibus, easque saluti nihil obstare, tribus docet vicibus, unumquemque insuper adhortando, ut maneat in sua functione, nec vitæ statum temerè ex imprudenti salutis suæ studio mutet. Applicat deinde generalem hanc doctrinam Apostolus, in specie, ad statum servilem v. 21. & 22. Servi etenim prætextu libertatis Christianæ servitutis jugum excutere tentabant, pari modo quemadmodum hodie sacrorum officiorum juga, ob annexam eorundem molestiam, libertatis itidem Christianæ prætextu, abjicere conantur Separatismi Patroni. Verum, quemadmodum olim Apostolus servos ad officium redegit, ita quoque Dei servi & Ecclesiarum ministri merito manent in suis functionibus, certi, quod sic magis DEO placere possint & piè vivere, quam, si missa sua Vocatione proprium sequantur institutum. Solet præterea in eandem sententiam allegari locus ex Ep. ad Eph. IV. 1. *Obsecro vos per Dominum, ut ambuletis ita, ut dignum est vocatione.* Et quidem non inconvenienter hic adducitur locus. Nam licet ex collat. C. I. 18. & C. IV. 4. omnino concludi debeat, haberi hic respectum ad communem omnium Christianorum Vocationem, privatam tamen & particularem non excludendam esse, abunde docetur Cap. V. & VI. Ubi conjuges, parentes, liberi & servi, Domini itidem admonentur, ut unusquisque faciat id quod suum est. Quisquis itaque suam plane derelinquit vocationem, quomodo ille observat mandatum Apostoli, qui vult, ut, prouti vocatione nostra dignum

gnum



gnum est, ambulemus? Tertium denique succedat testimonium ex 2. ad Theff. C. III. à versu 6. usque ad 12. Perceperat Apostolus, quosdam ambulare *ατακτως* inordinatè, conf. v. 6. & II. DEUS verò est DEUS ordinis, ideo quoque voluit, ut in ipsa etiam Ecclesia omnia fierent *καταταξι* I. Cor. XIV. 39. Unde qui ordinationi Dei resistunt, iudicium Dei sibi accersunt Rom. XIII. 2. Resistunt autem ordinationi divinæ, sive inordinatè ambulant, qui non sunt *εργαζομενοι*, sed *περιεργαζομενοι*, i. e. qui utilia non laborant, sed inaniter fatagunt: *Arbeiten nichtis / sondern treiben Fürwitz* ita optimè Lutherus noster. Sed ut clarius ex ipso textu fiat, quid sit *περιεργαζομαι*, audiamus Apostolum, qui inordinatè ambulare, & gratis panem edere, habet pro synonymis, conf. v. 8. & 12. conf. quoque Act. XIX. 19. De his jam in præced. Epistola I. Theff. V. 14. præceptum dederat Apostolus *υπαγετε της ατακίας*, monete inordinatos, hoc est, juxta annotationem *Pasoris* in Lex. p. m: 634. *Dissolutos, item, qui desertam stationem suam, falcem mittunt in alienam messem, qui turbas dare solent.* Tandem verò concludit sanctus Dei servus Paulus: *Mandamus & precamur per Dominum Jesum Christum, ut cum quiete operantes, suo pane vescantur. Quisquis hæc penitus introsperit, facile inde colliget, an ipsi liceat suam deferere vocationem & ejus loco privatam eligere vitam?*

§. X. Ut autem hæc eò magis stringant, nunc addemus illa, quæ in primis pro dignitate atque excellentia officii Ecclesiastici militant, quo ipso novum sententiæ nostræ accedet robur. Certè si aliquod officium DEO gratum est atque acceptum, illud est, in quo Dei homines occupati, animarum salutem curæ habent, I. Tim. IV. 16. Egregio proinde titulo ornatur à Paulo I. Tim. III. 1. dum *καλον εργον* dicitur; sive enim ab Hebræorum *לד* absolvere, ornare, sive à *καλεω* voco, suam habeat originem, quia id quod bonum, omnes ad sui invitat amorem; id certè, quod bonum est, satis se commendat. Et quæ non bonum esset? cum institutio ejus sit à DEO Matth.



XXVII. 19. 20. Act. I. 8. XX. 28. Eph. IV. 11. cum proximè DĒO accedat; funguntur etenim Ecclesiarum ministri Dei legatione, imo ipsius Dei loco exhortantur homines, 2. Cor. V. 20. cum res sacras habeat pro objecto; cum sanctitati promovendæ inserviat; & quæ multa plura afferri possent argumenta. Audimus sæpe Politici ordinis viros conqverentes, quod perversa status ratio ipsis non concedat, tanto cum studio pietatem sectari, quo cum idem statui licet Ecclesiastico, quia in hoc constitutus, majori cum facilitate, mundum fugere, & reliqua pietatis impedimenta evitare potest. Et profecto aliter comparatum non est! Avocant ipsa Ecclesiastica officia homines ab hujus seculi negotiis; quicquid illis expediendum, omne illud ipsum attingit Christianismi exercitium; ipsum sanctissimum Dei verbum quotidie meditari atque eloqui, primaria est hujus officii pars; nihil profertur, cujus dulcedo non omnium primum Ministri affecerit sensus; quot non subeunda sunt sacra negotia, pœnitentium absolutione, ægrotantium visitatione, moribundorum confortatione, afflictorum consolatione, simpliciorum informatione, petulantium correctione? Et quis omnia illa recensere posset, quæ sanctum hoc commendare possunt officium?

§. XI. Hoc cum argumento aliud è vestigio connectitur, quatenus in specie Ecclesiarum Ministris in officiis perseverantia injungitur. Matth. X. Cap. v. 22. *Eritis exosi propter nomen meum, verum qui subsisterit ad finem usque, is servabitur.* Esse h. l. speciatim de Ecclesiæ Ministris, tanquam Apostolorum legitimis successoribus sermonem, sufficienter patet ex Anteced. & Conseq. Hic enim Christi sermo speciatim dirigitur ad Apostolos, conf. v. 1. illis prædicuntur gravissimæ persecutiones, v. 17. 18. illis specialis promittitur Spiritus S. assistentia v. 19. illis commendatur in persecutione fuga v. 23 illis ostenditur fors servorum Christi v. 24. illis publicum verbi injungitur præconium v. 27. &c. Idem apparet ex Apocalypsi C. II. ubi Episcopo Smyrnæorum scribitur, *ut fidelis sit usque ad mortem, & promittitur ipsi vite corona*

corona



*corona* v. lo. Afflictio & paupertas; aliaque incommoda haud levia, (quorum referenda blasphemia illorum, qui se Judæos esse dicebant & Satanæ tamen erant Synagoga) pius patiebatur Episcopus; tot itaque malorum conspectu, ne animum abjiceret, & illam, quam semel in se susceperat spartam, desereret, ad constantiam excitatur à Domino. Unde liquido apparet, non esse licitum vineam derelinquere & laborum fugere molestias. *Vide*, inquit Apostolus Col. IV. 17. *ut ministerium, quod accepisti, adimpleas*, adde 1. Tim. IV. 20.

§. XII. Quod si fortè hæc in officio ministrum detinere nequeant, ulterius considerari meretur rigorosum summi judicis examen de donorum nobis conceditorum administratione. Contulit pro sapientia sua prudentissimus hujus universi Moderator, varia hominibus dona, & quidem cuivis juxta exigentiam vocationis pro libero suo beneplacito. *Distinctiones sunt donorum*, inquit Apostolus 1. Cor. XII. 4. *s. sed idem spiritus*, & *distinctiones ministeriorum sunt; sed idem Dominus*. conf. v. 8. 9. 10. 11. 27. 28. 29. 30. Non autem sanctissimum Numen sua ideo nobis concedidit dona ut illa abscondamus, aut in terram defodiamus: Timotheo suo scribit Paulus 1. Ep. I. 6. *Repono tibi in memoriam, ut exsuscites donum DEI, quod est in Te per impositionem manuum mearum*. Dum Apostolus mentionem facit impositionis manuum, eò ipso simul aperte docet, se respicere dona ministrantia, dona nimirum docendi, exhortandi, linguarum &c. Conf. 1. Tim. IV. 14. sq. Ipsa vero exsuscitatio fit studio Sacrarum Literarum, verbi meditatione & præconio, ipso donorum usu, sustinendo certamina & pericula in confessione; Cujus contrarium severe prohibitum 1. Thesal. v. 19. *ἵνα μή τις ἀπομακρύνῃ τὸ ἔλεος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ*. Facit huc Parabola de homine peregre proficiscente, qui bona sua servis tradidit, ut cum iisdem negotiarentur. Ex illorum numero unus suum in terra defoderat talentum, caussatus, se Domini sui duritie motum; cui vero Dominus regressit: *Serve male & ignare, setibas me metere ubi non serui, & inde congregare ubi non dispersi*. Oportuit ergo te committere pecuniam meam

*Adensariss*



*Mensuris, & ego cum venissem, recepissim meum cum fenore; Tollite ergo ab eo talentum.* Matth. XXV: 14. 27. Certe accuratissima hodiernorum profugarum hic reperitur imago, qui respectu iudicii divini non fugere, sed laborare potius debebant, eò magis inexcusabiles, quo majori donorum divinatorum apparatu instructi fuerunt. Placet hic adjicere bellam ex *Socrate* historiam, quæ habetur L. IV. C. XXIII. *Ammonius* etenim cum ad Episcopatum traheretur, fuga dilapsus, dextram sibi aurem amputavit, ut corporis mutilatione ordinationis honorem aufugeret. Postea vero *Evagrius*, cum & ipse ad Episcopatum raptus à *Theophilo* Alexandrinæ Urbis Episcopo, aufugisset, nulla corporis sui parte mutilata, *Ammonio* occurrenti festivè dixit, male ipsum fecisse, qui aurem sibi præcidisset, atq; ob id tantum in culpa esse apud DEUM: *Ammonius* contra ei respondit, *Tu vero Evagri, annon putas Te pœnas daturum, qui linguam tibi abscindens, concessa tibi gratia, præ nimio tui ipsius amore, uti nolueris.*

§. XIII. Est certè, quod pie meditari decet, nusquam in universo Codice sacro, talem, de qua loquimur, officiorum depositionem, neque exemplo neq; testimonio probari. Fuerunt quidem, qui tam virium suarum tenuitate, quam officiorum gravitate, & mundi impietate perculsi, anxias effuderunt querelas, imo, qui omni quoque studio ipsum declinare officium allaborarunt, ipsam tamen à DEO non impetrare poterunt dimissionem. Moses tenuitatis suæ optimè conscius reuerat divinam vocationem, Exod. III. II. denuo admonitus, Israëliitarum prætendit incredulitatem & duritiem Cap. IV. I: Cui dubio cum satisfecerat Deus, aliud è vestigio habet, quod objiciat, linguæ nimirum inhabilitatem, Exod. IV. 10. Verum & huic malo cum medela promitteretur, fatius esse duxit, simpliciter suam DEO denegare operam. Ast ô divine Vir! num tot rationibus dimissionem impetrare non potuisti? Certe nisi divinam incurrere volebas iram, tuum erat, ipsam suscipere legationem, vid. Exod. IV. 14. 18. Sanctissimus DEI Propheta *Jeremias* lubentissimè suos subtraxisset humeros officio Prophe-

tico



87

tico & juventutis & impotentiae præteritis cautas, ast divinæ ipsi obsequendum fuit voluntati, Jer. I. 7. 8. In ipso postmodum constitutus officio, gravissimis quidem excruciebatur doloribus, quorum sensu permotus, in ipso deserto viatorum sibi exoptabat hospitium & suos derelinquere cogitabat. Ipsa horrenda auditorum suorum inductus malitia, quæ graphicè describitur, Jerem. IX. 3. sq. Quod si ulterius ipsius perlustramus Prophetiam, pientissimi hujus Viri status commiseratione omnino dignissimus nobis sistitur. Quantæ non sunt querelæ atque lamentationes, quibus DEUM aggreditur? Cap. XX. 7. 8. *Pellexisti me Jehovah, fortior fuisti me & prævaluisti, sum derisioni toto die, universus populus subsannat me. Nam ex quo proloquor, exclamo, propterea verbum Domini mihi factum est probro, & ludificationi totum diem.* Exoriebantur quidem in adeo turbulento rerum statu ipsius animo consilia, de non loquendo amplius in DEI nomine, ast ipsum verbum in animo ipsius erat *tanquam ignis ardens inclusus ossibus* v. 9. & licet summæ impatientiæ haud obscura in sequentibus ederet documenta, ad saniores tamen reverlus mentem, DEO & auditoribus suis omnem servavit fidem. Ex Novo Testamento unicus loco omnium prodeat Paulus, qui, quemadmodum circa Apostolatus sui primordia non contulerat cum carne & sanguine, Gal. I. 16. ita in omni vita, in omnibus molestiis, in gravissimis discrimi- nibus, defatigatus licet, nunquam tamen penitus abjecit animum, aut ipsam deseruit spartam, sed pro modio virtutis sibi concessæ fortissime certavit; *Deus enim*, ita scribit 1. Cor. IV. 9. sq. *puto nos Apostolos ultimos spectandos proposuit, ut morti addi- dos. Nam spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & homi- nibus. Ad hoc usque tempus esurimus & sitimus & nudi sumus, & colaphis cedimur, & incertis sedibus erramus, tanquam per- gamenta mundi facti sumus, & omnium ramentum nunc usq;.* Uti- nam molliores nostri hoc considerarent ministri, profecto lon- ge aliter sese gererent. Quorum quæso imitantur exemplum? Num Pauli? Ille quidem tanquam homo tot pertæsus ærumna- rum, anxie beatam desiderabat *ἀνάλυσιν*; Ecclesiæ tamen utili-  
C
tate



tate magis commotus, & illas ulterius perferrè non recusabat. conf. 2. Cor. II. 4. Phil. I. 23, 24, 25. adde Apoc. II. 3.

§. XIV. Tantùm itaqve abest, ut sua deseruerint officia ingenui DEI servi, quin potius strenuè ad extremum usque vitæ halitum inter continuas hujus vitæ molestias, licet multa *eum infirmitate, timore atq; tremore* 1. Cor. II. 3. fidem suam probaverint. In perpetuam vero nominis infamiam scriptum est, quod *Demas* suum derelinquendo officium, hujus seculi elegerit bona, 2. Tim. IV. 10. Erat hic ipse *Demas* quondam Pauli *συνεργός* Philem. v. 24. nunc autem vel periculo territus, vel seculi hujus illecebris illectus, (quod posterius probabilius,) Evangelistæ officium dereliquit, & Thessalonicam abiit, vel quia ipsius Patria, vel ut mercaturam ibidem exerceret. Sunt quidem, qui hunc *Demam* pœnitentia ductum ad Paulum reversum esse statuunt, quod colligunt ex Epist. ad Coloss. IV. 14. eo procul dubio nixi fundamento, quod Epistola ad Colossenses conscripta sit demum post alteram ad Timotheum datam; in qua sententia est *Baron.* ad A. C. 59. §. 10. sq. Cujus tamen contrarium alii asserunt, quos inter hac vice nominasse sufficiat, *Ludov. Capellum* in App. ad Histor. Apost. p. m. 130. Sed quicquid sit, licet prius verum esset, nobis tamen abunde constaret, quare Apostolus de hoc *Demæ* facto tulerit iudicium, cujus causa, justissimi sui doloris & indignationis genuinum quoq; suum Filium & Discipulum, Timotheum participem esse voluit.

§. XV. Tandem & aliæ adsunt rationes, quarum præcipuas nunc subnectere placet. Eminent autem præ aliis, quam *B. Tarnovius* quoq; adduxit de Minist. Eccl. p. m. 1281. ex oppositis h. m. *Si vocare & ingerere se ipsum in Ministerium non est liberum & licitum, ergo nec abdicare & relinquere semel susceptum ministerium est liberum & licitum.* Valeat consequentia ex eo, quod, quorum est vocare, eorum etiam est dimittere. Accedit quod unusquisque ex communi amoris vinculo teneatur ædificare proximum suum, ejusdemq; promovere salutem, quem ipsum finem vix melius assequi possunt, quam illi, quorum officia tantam ipsis conciliarunt autoritatem, ut si solos exceperis præfractè contumaces, reliqui tamen omnes externam ad minimum illis exhi-

exhi-



exhibeant reverentiam, quo ipso semper apertissima docendi monendiqve est occasio, quæ profecto, si sacrum quis dereliquerit ordinem, toties ipsi haud arridebit. Quod si enim ea plurimorum est indoles, ut ne vix ac ne vix quidem publicarum personarum in dignitate constitutarum sufferre possint correptiones, quid cum iis fiet, qui una cum officiis suam quoque amiserunt existimationem? Et quanto quanto non exponunt periculo oves, quotquot mercenariorum instar illos derelinquunt. Paulum, electum illud Dei Organon, hoc in primis excruciat, quod præsciret, *post discessum suum ingressuros lupos graves non parcetes gregi Act, XX. 29.* Quod si enim unliceret, à tanto sese liberare onere, cur alteri denegaretur? Et hoc si non fieret, nonne omnes cordatiores [quales sese jactant hi profugæ] dimitti expeterent? Atque sic grex Domini esset sine omni Pastore. Unde in simili casu non incongruè judicavit Innocentius III. Episcopo Claritano ita scribens: *Si omnes, quos arguit conscientia cujuslibet culpæ, cederent, pauci vel nulli in illo ministerio remanerent.* Et quid non de extrema subiciam mortis hora, sunt qui conscientia suæ consulere cupiunt, adeoque in eam prolabantur extremitatem, ut ipsas claves Deo quasi ad pedes projiciant; Quid fiet autem, si in tremendo mortis agone constituto, conscientia suppeditaverit, quod sua ipsius in considerata resignatione multarum animarum damnationem procuraverit, quas servare potuisset, si suo dextre functus fuisset officio. Denique non leve huic sententiæ accedit robur à consensu innumerorum Ecclesiæ nostræ & Theologorum & Jurisconsultorum, Lutheri, Roberi, Pfeifferi, Durrij, Langij, Tarnovij, Binchij, Brunemannii, Brückneri, Duntij, Balduini, Gerhardi, Speneri, aliorumque quam plurimorum.

§. XVI. Ne autem injurii simus, & alteram audiemus partem, expendendo rationes, quibus inducti, vel ipsimet fuga vincula sibi solverunt, vel ut idem fiat, aliis adhuc svasores sunt atque autores. Mérito autem illud præmittimus, quod ab Ecclesiæ desumitur negatione; Negant etenim esse apud nos Ecclesiam. Was Kirche! Kirche! ita quondam Schadius, der Herr/Herr/ zeigt mir/ daß ihr same euer Kirche/ davon ihr euch rühmet/



met / zur Huren geworden. Alii vero non erubescunt effutire, quod Ecclesia Evangelica etiam respectu ipsius doctrinae, vel ad minimum respectu vite sit Babel mystica. Item, quod omnes Ecclesiae nostrae status extremè pessum iverint, quod Ecclesia nostra horrendum in modum, imo funditus corrupta sit; quod extremum agorem agat, quod nullum amplius signum verae Ecclesiae apud nos supersit. His ultimo loco jungam verba Dippelij in App. libelli Vom Christen Staat / p. 107. sq. Es ist mit stärckern Gründen darzuthun / daß unsere Lutherische Secte, so woll der Lehre / als dem Leben nach ein förm. Babel sey / welches niemahls Zion gewesen / und darüm den Nahmen eines verdorbenen Zions vielweniger merittet / als die Römische Catholische Kirche / die noch von Anfang gut gewesen / und nur degeneriret / und zur Huren worden. Et quidem si hæc vera essent, ipsa certe religione ducti, summo jure sua deponerent officia mercenarii nostri; quia ex tali cœtu, qui Babel est, exeundum omnino est, juxta Apoc. XVIII. 4. Ut autem ordine respondeamus, sciendum, in Apocalypsi nomine Babelis denotari id, quod Christo ejusque Evangelio directè contrariatur, vid. Apoc. XVII. 5. 6. 14. & memorabile in primis est, ut reliqua raceam, quod eidem adscribatur affectatio dominatus super Reges terræ v. 18. Nostra vero Ecclesia Dominum Jesum Christum, tanquam unicam omnis salutis causam veneratur, nullibi affectat dominium; E. Babelis nomine haut debet insigniri. Ceterum Ecclesiae veritas non potest judicari tantum à subjectorum qualitate, sed imprimis à doctrinae puritate. Nunquam post lapsum talis extitit Ecclesia, in qua nulli fuerint nisi sancti atque justi. Ipse gloriosissimus Salvator non una vice Ecclesiam describit, ejusmodi similitudinibus, ex quibus elucescit, quod mali mixti sint bonis. Conf. Matth. XIII. 30. 47. 48. Quod si vero aliquis inde ad Babelismum concludere vellet, profecto tam Veteris quam Novi Testamenti Ecclesia, & quidem ipso Apostolorum tempore Babel fuisset. Debet autem de Ecclesiae veritate potissimum judicari ex doctrinae puritate. Certè, si hoc alicubi in Sacris Literis clare expressum, clarius, me equidem Judice, vix reperietur, quam Deuter. IV. 6. quæ verba ex versione Jun. & Tr. ita se habent: *Hæc est sapientia vestra, & prudentia vestra*

vestra



vestra ante oculos populorum, qui audientes omnia statuta ista, dicent, tantum gens ista maxima populus sapiens est & prudens. & v. 8. Rursus qua gens maxima futura est? Cui sunt statuta & iudicia iusta, sicut est ista hac lex, quam ego propono vobis hodie. Quod si nunc in hypothesis de Ecclesia nostra idem probandum esset, facile illud fieri posset, inductione omnium dogmatum, quae Ecclesiae nostrae propria sunt. Quae ipsa falsitatis convincenda sunt, antequam ipsa Ecclesia veritatis encomio privatur. Neque est, quod corruptissimos plurimorum in Ecclesia viventium mores nobis objiciant? Nam quemadmodum hoc non inficiamur, ita absurdum est, quamdiu ipsum DEI verbum pure praedicatur, omnes veros Christianos ex Ecclesiae agro eliminare velle. Habet quippe verbum suam efficaciam, & perficit, cujus causam a DEO spargitur, vid. Esai LV. 10. 11. 2. Tim. II. 19. Neque est, quod a multitudine fiat denominatio, quia illa ad minimum congregatio, in qua aliqui sunt boni, praeterenda est & Ecclesiae nomen meretur, praeter illis, in quibus nulli reperiuntur sancti. Et quid quaeso dicendum de illa Ecclesia, quam ipsi plantaverant Apostoli, & cujus illi ipsi quoque habebant inspectionem? Nonne in Ecclesia Corinthiaca erant, scortatores, immundi, avari, contentiosi, superbi? conf. 1. Cor. III, 3 V. 1. 2. VI. 1. X. 18. 30. XV. 12. 2. Cor. IV. 3. quis tamen ideo voluisset concludere, eandem non esse Ecclesiam?

§. XVI. Huic dubio ad latus ponitur *Ministerii Ecclesiae* *fictio omnimoda negatio*. Ita enim tenebrio quidam scribere non erubuit. Man berichte nur den gemeinen Mann recht/was der Unterscheid Neues und Altes Testaments sey/wie der Zustand der Kirchen nach Inhalt der Apostolischen Schriften müsse beschaffen seyn / und das bey derselben kein eufferlicher Gottesdienst / kein Priester. Stand / noch Zwang / noch Regiment der Geistlichen / keine Alle-Manns Sorge / vielweniger Beicht-Stuhl und excommunication statt finde / sondern alles auff den Glauben / Liebe und Gehorsam ankömmt. Nostrum non est, omnia illa Fanatici ingenii deliria retundere. Ordinem imprimis quod concernit Ecclesiasticum, gratum eundem esse DEO atque acceptum, jam supra §. X. probatum dedimus. Hic

C 3

autem



autem adhuc quædam subjicimus. Observamus quippe. Quod non tantum ipse Novi Testamenti Dominus, certum Apostolorum ad prædicationem Evangelij selegerit numerum, sed & illos ipsos, quos elegit, singulari cum instructione emisit, imo singularissimis quoque ad tantum perficiendum opus donis exornaverit conf. Matth. X. 1. 5. Act. I. 2. 5. 8. Hi ipsi Apostoli ne fierent *ἑτεροζόμενοι*, omnemque evitarent officiorum confusionem, crescente Ecclesia, distinctionem officiorum magis magisque procurarunt, ordinando insuper certas personas, quæ externa sanctorum curarent negotia, sibi reservantes precum solemnitatem & verbi præconium, Act. VI. 3. 4. Successu temporis singulis Ecclesijs præfiebantur Episcopi sive Presbyteri, qui omnino ab auditorum ordine distincti erant, vid. Actor. XX. 28. quos ex reliquorum numero seligere, ordinare atque constituere (utitur Apostolus verbo *καθίστημι*, quod ipsum quoque reperitur Hebr. VIII. 28. *ὁ νόμος καθίστησιν ἀρχιερεῖς*, Lex homines constituit Pontifices) ipsius Spiritus Sancti per Paulum præcipientis jussu debebat Titus, Cretensium Episcopus Tit. I. 5. imo Doctoris officium non à quovis ambiendum esse, expresse testatur Jacobus Cap. III. 1. *μη πολλοὶ διδάσκαλοι γινέσθε*. Optime Lutherus: *Unterwinde sich nicht jederman Lehrer zu seyn*. Qui ipse locus, quocumque etiam explicetur modo, tamen pro nostra militat sententia. Vult enim docentem distinctum esse à discen- te. Si vero omnes docerent quis disceret? Et quomodo omnes docerent, cum doctrina non omnibus satis nota? conf. totum Cap. XIV. 1. Cor. In primis v. 26. 27. 28. 29. 34. 37. 40. Ceterum, si quid forte in Pauli Epistolis aut Lutheri scriptis pro communi Christianorum occurrat sacerdotio, illud non ad ordinarios extendi debet casus, aut ad Ecclesiam jam constitutam, in qua idonei haberi possunt Ministri.

§. XIX. Sed dices, etiamsi Ministerium Ecclesiasticum, in se spectatum, quatenus versatur circa animos hominum informandos, rite sese haberet, nonne illa ministerii hodierni adjuncta, *privata nimirum absolutio & Sacramenti Altaris administratio* omnibus modis ipsam ejus svaderent depositionem? *Ita existimant homines Fanatici; quo spectant verba tenebri-*  
nis



nis cuiusdam: Das sey eine gute Pfarre / wo kein Beichtstuhl / kein  
binde Schlüssel / und keine Form, Conc. ist. Item: Mir deucht / es kön-  
ne bey dem Beicht Vater Amt niemand ohne Sünde leben. Er mag so  
from seyn wie er immer woll, denn es ist / wie eine Stachel - Nuß / die  
die Spine allezeit oben fehret / man lege sie wie man woll. Ejusdem  
furfuris sunt, quæ apud alium leguntur, Ich muß mich oft ver-  
wundern / wie sich die Welt hat beihören lassen / zu glauben / es sey  
Vergebung der Sünde / und Gnade bey Gott / wann der Pfaff die  
Absolution über den Beichtling spricht. Quibus deniq; subjicit  
verba des Send - Schreibens / darinnen einem andern  
die Pflicht in seinem Amte vorgestellet wird. Ubi in-  
ter alia pag. 12. Dencket was das für Sünde und schreckliche Un-  
treu / und ungerechte Urtheil / Mißbrauch der Schlüssel / und verkehrte  
Handlung wären? Und dennoch Gleichwoll thut man das / so offte  
man solche Welt-Menschen / auf ihr sündliches Begehren das Abend-  
mahl giebet. Denn man kan niemand solenner für einen Freund  
und zugehörigen Christi erklären / als durch Darreichung des Abend-  
mahls. Nachdem H. L. nun mit mir solche Untreu solange begangen /  
das Heiligthum prostituiret / und uns so vieler Sünden haben theil-  
haffig gemacht: Ist es nicht hohe Zeit / daß wir Busse thun? &c.  
Innumeras ejusmodi grillas, ut ita loquar, legimus publicis in-  
scriptis eorum, quibus omnem evertere Christianismum, omnem-  
que bonum turbare ordinem, in deliciis est. Nos aliter è ver-  
bo Domini edocti, novimus, & absolutionem & Sacrae Coenae  
administrationem in sacris sufficienter esse fundatam. Conf.  
Joh. XX. 23. Matth. XVIII. 28. 1. Cor. XI. 23. sq. Et quicquid in  
his humanae est institutionis, ipsis Ecclesiasticis suffultum con-  
stitutionibus, verbo Domini minime contrariatur. Faciat modo  
unusquisque quod suum est, & caveat sibi, ne impoenitentes ab-  
solvat, neque poenitentes condemnet. Interea, si forte indignus  
citra omnem Ministri culpam sacris hisce actionibus, absoluti-  
one nimirum vel coenae Dominicæ sumptione abusus fuerit, su-  
am Minister satis liberavit animam. Deus vero unicuique sin-  
cero operario dabit *συνεστησιν*. Fufius hac de re egi in Ap-  
pendice ad Tractatum B, mei Proavi D. Bartholdi Krackevitzij.



qui inscribitur. Christlicher und in Gottes Wort gegründeter Beicht-  
Stuhl; quæ jam sub prelo sudans, mox, volente DEO, lucem  
aspiciet publicam.

§. XIX. Quod de absolutione privata & Cœnæ S. admi-  
nistratione modo dictum est, idem effutiunt Libertini nostri con-  
tra *sanctiora Ecclesiæ nostræ symbola*, tela inde fumentes vulnerandi  
optimorum Ecclesiæ Ministrorum conscientias: Man wird euch/  
ita fermocinantur: zugleich zu Beichtvätern und Seel'sorgern be-  
stellen/euch an Formeln und Confessiones binden/verpflichten und  
vereyden/agenden vorschreiben/euch zu Clericis und Priestern/und  
ganz zu andern als gemeinen Leuten machen/welches doch unter Chri-  
sten im Neuen Testamente nicht statt hatt. Eadem chorda oberrat  
*Arnoldus*, in der offenherrigen Bekänntniß: Da so viel Menschliche  
Sagungen/Einfälle und Statuten von denen vorigen sanct'süchtigen Zei-  
ten her übrig und zu bestrickung der Gewissen behalten worden sind/  
auch alle offenbahrl. den Anti-Christ zum Vater haben/da die Ge-  
wissen ohne Unterscheid an solche Endlich gebunden/und zu einen/vor-  
erleuchtete und durch Christum frengemachte Gemühter/unerträglichē  
Joch werden. Hic laet anguis sub herba! Hoc etenim est jugū quod  
nova parturientibus hinc ingeniis plane est intolerabile, in quod  
tot aculeata evomunt diæteria, ut ipso auditu vel lectu sit hor-  
rendum. Represserunt autem inconsideratam horum licen-  
tiam jam variis scriptis ingenui veritatis confessores, quorum  
catalogum recenset *Sebelvigius* in Synopsi Contr. sub pietatis  
prætextu motarum p. 65. Nos, quippe certi sumus, quod ex-  
emplo primitivæ Ecclesiæ, & quidem Novi Testamenti utrumq;  
licitum sit, condere nimirum symbola, & præscribere certum  
in agendis modum. Prius nititur expressio Apostolorum facto  
Act. XV. 28. 39. quod iptum omnium symbolorum primum,  
sanctè custodiendum, postea & reliquis Ecclesijs concrediti in-  
star servandum, tradiderunt Apostoli, vid. Act. XVI. 4. ubi in-  
primis notari meretur, quod in fonte legamus *ἡ ἀρχαία  
Ὀυλασαν τα δόγματα τα κεκερμενα υπο των Αποστολων.*  
Si exceperis, longe aliam esse rationem dogmatum in Libris  
nostris Symbolicis contentorum; Tibi, præfectò, qui hæc  
objicis



objicis, incumbit, aut eorundem nobiscum venerari divinitatem, aut illorum demonstrare falsitatem. Quod ultimum, dum a nemine hactenus solide factum, frustra est, quod tuum contra nos emittas aculeum. Similiter & posterius, utpote Agendas praescribere Ecclesiasticas, Christianorum libertati minime contrariatur, nisi dicere velimus & ipsos contra Libertatem Christianam peccasse Apostolos. Liceat nobis unicam hac vice introspicere Corinthiorum Ecclesiam. Quid quæso aliud intelligit in 1. Epist. C. XL. electus I. C. Apostolus, per *ἡγεδοσεως*, quas observasse honori ducit Corinthiacis, quam ipsas a se praescriptas Ordinationes Ecclesiasticas? Et quidem non dicit tantum, quod in fidei illas retineant memoria, sed & quod ipsas actu observent; quod ex praepositione *κατα* in verbo *κατεχετε* luculenter apparet: Intelligere autem Apostolum ritus pertinentes ad *εὐπρεπείαν & τοῦ πρεσβυτερίου* s. decorum in cœtibus Ecclesiasticis, satis apparet ex iis, de quibus in toto hoc Capite disserit, Conf. v. 4. s. 7. 21. 22. 23. 33. 34. idem claret ex eadem priori Ep. Cap. XIV. 13. 26. 27. 28. 33. 34. 40. Cap. XVI. 1. 2.

§. XX. Atque sic hæc te non liberant effugia, quisquis sacro fungeris officio; sed aliæ proferendæ sunt rationes: Audio itaque te ingemiscentem præ dolore & vix anhelantem Spiritum, adeo detatigatum laboribus, negotijs, vigilijs, curis, ærumnis, molestiisq; Te mihi repræsentas. Scribit alicubi *Chrysostronus*: *Dico non temere, sed ut affectus sum & sentio: Non arbitror multos sacerdotes esse, qui salvi fiant, sed multo plures, qui pereant. Nam quod alij peccant, Sacerdoti imputatur.* Et sane si quis gravitatem Muneris Episcopalis attentius consideraverit, illa itidem pericula, quibus perpetuo illud expositum, vix erit, ut privatam non mallet agere vitam quam Ecclesiæ inservire. Habuit ea de causa primitiva Ecclesia varios, quos cogere quasi ad functionem Ecclesiasticam necessum fuit, cujus generis exempla *Dn. Zieglerus* annotavit, in elegantissimo illo, *de Clerico veniente*, libello p. 192. 19. *Gregorius Nazianzenus* cum Salsimorum crearetur Episcopus: *Hæc sunt, inquit, quæ ego metuens, mæstitia & acerbitate impletus sum; eodemq; modo affectus, quo pueri ad fulgetra*

D

fulgetra



*fulgetra, ex quorum spectaculo conjunctam cum admiratione & stupore voluptatem capiunt.* Unde patet, quod Ecclesiae Pastor & tristandi & lætandi habeat occasionem, lætandi quidem, cum tam honorifico dignatus fuerit munere; tristandi vero, quod munus illud maximè sit momentosum, opusq; per arduum. Ex eadem ratione *Cælestinus V.* cogitans, quam accurata aliquando de animabus totius mundi sibi reddenda sit ratio, & quod propria salus maxime inde periclitetur, si propter ætatis infirmitatem, Ecclesia aliquid detrimenti accipiat, Papatum resignavit, *C. 1. De Renunc. in 6to.* Verum licet Ministrorum tata communiter dura sint atque acerba, habent tamen ijs fortiora solamina. Testatur hoc imprimis Apostolus Paulus 2. Cor. I. 3. sq. *Benedictus, inquit, sit Deus ac Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater ille miseracionum, & Deus omnis Consolationis; Consolans nos in omni afflictione nostra, ut possimus in quavis afflictione positos consolari, et ipsa consolatione, qua nos ipsos consolatur Deus.* Nam sicut exundant per passionem Christi in nobis, ita per Christum etiam exundat Consolatio nostra. Habet autem tria imprimis, quibus se erigere possit in afflictione constitutus Ecclesiae Minister. Primum est divina calamitatum prædictio Joh. XIV. 1, 2, 3, 4. Alterum est Christi, omniumque fidelium servorum exemplum, conf. Ebr. XII. 2, XI. 37, 38. Tertium est, cœlestis præmii certitudo, vid. 2. Tim. IV. 7. 1. Petr. V. 4, Apoc. II. 10. Hisce fundamentis erectis, sancti DEI homines onus suum non deposuerunt, sed ad beneplacitum Domini fortiter sustinuerunt, unde illorum vestigiis insistere, quosvis cordatos decet Ecclesiarum Ministros. Conf. 1. Cor. XI. 16, 17. Joh. X. 12.

§ XXI. Obvertuntur tamen *Gregorii Nazianzeni & Basiliæ Casariensis* exempla. Dn. Bernb. Pet. Karl provocat ad illa in seinem Sendschreiben: Ich gedachte an die zwei rare Exempel der beyden vornehmsten und beühmtesten Kirchen-Lehrer ihrer Zeit/ *Gregorii Nazianzeni* und *Basiliæ Casariensis*, die ihr Lehr-Amte von selbst wieder nieder geleget/ und gar noch heimlich davon gezogen. Hæc vero exempla quod concernit, hodiernam officiorum derelictionem nullo excusare possunt modo. Nam in genere

genere



genere regeri posset, eos fuisse homines, adeoque illorum exempla non obtinere aliquam vim probandi; præterea vero distinguimus cum *Tarnovio* L. d. S. Minist. pag. 194. inter reluctationem perseverantem & non perseverantem; Adhæc, circumstantiæ non sunt omittendæ, quæ hos alioquin sanctos Patres induxerunt, ut suas derelinquerent stationes. De *Basilio* notatum dignum est incomparabilis nostri *Cbennitii* iudicium in Orati de lectione Patr. *Fervebant tunc, scribit, ut maxime tumultus Ariani & non tantum conviciis & clamoribus disputabatur, sed sæpe in ipsis templis ad gladios perveniebatur. Cum itaque videret Basilius, non esse locum modestis ingeniis, secessit cum suo Nazianzeno, &c. Retractus tamen est ad Episcopatum & cum videret deploratum istorum temporum statum, nec quicquam profici eruditione vel modestia, maluisset in honesto otio procul ab istis turbis vivere, ideo tantopere commendat secessus & NB. hyperbolicè extollit exercitia istius generis vitæ. Vid. Theophanes in historia Valentiis, & Cedrenus in Chronico. Gregorius Nazianzenus in Orati de laudibus Basilii. Notari insuper meretur, quod in vita Basilii ab Abrahamo Sculteto conscripta observatum est, vid. T. IV. Medullæ Patr. pag. 5. Ubi ita scribit: Orta enim inter ipsum & Episcopum Eusebium similitate, & toto populo in partes scisso, Basilius cum Gregorio in Pontum secessit. De Gregorio Nazianzeno autem an notavit idem *Cbennitius* l. c. quod ob suam ad gubernationem Ecclesiæ inidoneitatem & recusaverit Episcopatum & dereliquerit Ecclesias. Accedit, quod hic Gregorius Nazianzenus, cum à Theodosio M in imperialis urbis cathedra collocaretur, eandem ideo dereliquerit, quod non levis de illa colloca-tione exorsa fuerat contentio. Vid. *Cavei* Hist. Lit. Sec. IV. p. 139. De utroque paria testatur ex Veterum monumentis *Arnoldus* in der *R. und R. H. P. I.* p. 160. sq. Deniq; notandum, quod uterque ad sanio-rem redierit mentem, inque ea perseveraverit. De *Basilio* constat, quod usque ad mortem præfuerit Episcopatu Cæsariensi: Hinc *Caveus* in Hist. Lit. l. c. p. 135: *Basilius ex eremo demum revocatus Ecclesiæ Cæsariensis curam sub Eusebio Antistite suscepit, eius Anno 370, in Episcopali munere successit.**



*cessit.* Huic muneri octo annis præfuit, moriens Anno 378. adeoque in ipso constitutus officio, vitam finit. Conf. Orat: *Nazianz.* XX. p. 348. De *Gregorio* vero testatur *Hieronymus* in *Catal. Script. Eccl.* quod tanquam Episcopus Nazianzenus, Episcopum in locum sui ordinaverit. Quod ipsum *Caveus* quidem l. c. p. 139. in dubium vocat, eo ex fundamento, quod ipse *Gregor.* Or. 8. dicat, se non Episcopum, sed Patris tantum modo fuisse Coadjutorem, & quidem ea cum conditione, ne Patri succederet. Verum doctissimus *Valesius* in notis ad L. IV. H. E. *Socratis*, dubium ita solvit, quod prius Episcopus Sasi-morum à Basilio M. constitutus, deinde ad Constantinopolitanam sedem translatus, paulo post ea relicta Nazianzum se receperit & Episcopatum ejus loci aliquandiu administraverit, donec senio & morbis defatigatus successorem sibi ipsi elegerit. Conf. *Arnoldus* l. c. p. 162. qui licet ipsius Episcopatus susceptionem factam esse neget, curam tamen generalem *Gregorium* egisse, imo & alium constituisse Episcopum, ultro fatetur. Adde *Socratis* H. E. L. IV. C. XI. Quæ ipsa, cum *Hieronymo*, *Gregorii* Discipulo conformia reperiantur, minime vero probabile fit, *Hieronymum* hæc non satis accurate cognovisse, luculenter docent, quod venerandus hicce Pater non nisi gravibus de causis officium deposuerit, illudque, quamdiu vires ipsi fuerunt, iterum susceperit.

§. XXII. Varia quidem adhuc sunt, quæ regeri solent, ast cum levioris sint momenti chartarumque excludamur spatio, paucis illa includam lineis. Prætenditur propriæ animæ salus, quæ discrimini objicitur; commendatur felicitas illorum, qui officiis obstricti non sunt; exaggeratur impedimentum in precibus aliisque piis meditationibus, & multitudo negotiorum alienorum, quibus Ministri hodie onerari solent; præsumitur, majoricum emolumento proximum posse ædificari extra Ministerii vincula; dicunt exponi Ministerium hodie omnium ludibrio; omnem laborem esse frustraneum; conscientiam non posse servari illibatam; imo etiam absque Ministerio homines salvari posse; & quæ non sunt alia ex supra dictis facile diluenda. Hic breviter monemus; Annon DEVS æq; potens sit ser-  
anima



vare animam in Ministerio, quam extra Ministerium? Cum Deus nihil magis requirat ab Oeconomis, quam ut fidi reperiantur. 1. Cor. IV. 1. 2. Ipsa ministerii negotia non sunt impedimenta, sed potius ad bene faciendum incitamenta. Ipse beatissimus Salvator tot distractus negotiis, ne cibandi quidem tempus habebat, & si fortassis refectione uteretur aut precibus vacaret, mox tamen ad verbi rediit præconium, conf. Marc. VI. 31. 34. adde Exemplum Pauli 2. Cor. XII. v. 27. 28. Ceterum negotia vel ipsi connexa sunt Muneri, vel non; Si non, tunc vel charitatis lege ad ea tenetur minister; Vel non; si tenetur, agat, quantum officii ratio permittit; si non, declinare illa tenetur. Conf. *Brunnem.* jus Eccl. p. 247. Contemptum non veretur, nisi, qui hujus seculi dignitates supra divinas collocat. Joh. XII. 43. Neque labor frustraneus erit, si verbum DEI dextrè fuerit propositum, vi promissi divini Jer. XXIII. 22. 1. Cor. III. 7. Denique extraordinariæ DEI providentiæ gregem committere, quid aliud esset, quam DEUM tentare, & vias ejus contemnere! Concludo itaq; verbis Apostoli 1. Tim. IV. 13. 14. 15. 16. *Interim dum venio, intentus esto lectioni, exhortationi, doctrinae. Ne negligito donum, quod in Te est quod datum est Tibi per prophetiam, cum impositione manuum Presbyterii: Hac meditare, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit inter omnes: Intentus esto Tibi ipsi & doctrina, & permane in istis, id enim si feceris & Te ipsum servabis, & eos, qui Te audierint.*

§. XXIII. Haftenus pro non deponendo militavimus officio, sunt tamen & casus, in quibus recedendum est à regula. Ita, si quis omnibus & singulis auditoribus fuerit exosus, tunc, etiamsi alibi nova alterius consequendi officii spes non appareat, conditionem licite deserere posse, argumento Matth. X. 14. Act. XIII. 46. bene probat *Tarnovius* de Minist. Eccl. p. 1285. vid. D. *Lineke* in Disp. de Apostasia Studiorum p. 18. Cujus posterioris monitum non negligendum esse existimo, dum statuit, (1.) *Omnem debere abesse precipitantiam in voluntario hoc abitu* (2.) *tentanda esse prius media reconciliationis,* (3.) *causæ cognitionem ad Judicem Ecclesiasticum esse deferendam.* Quod si præterea quis fontico & desperato labore morbo; si animi sentiat deliquia; si memoriam nimium quantum labefactatam ex-



periat; de illo iudicat illustris *Strykius* in notis ad *Brunne-*  
*mannum* p. 364. quod non tam renunciet officio, quam quod  
 dimittatur, eo quod militiae sacrae vacare amplius non possit.  
 Huc quoque referendus status persecutionis, ea tamen cum re-  
 strictione, si *personalis* non autem *communis*, sit *totius Ecclesiae*;  
 item, si alii remaneant, qui Ecclesiae curam gerere possint & de-  
 niqve si malum aliter evitari nequeat. Quod argumentum plu-  
 ribus deduxit *Tarnov.* l.c. p. 1311. cui addi poterit *Bowler* in Pastor.  
 Evang: l. 3. C. 8. Alia tamen est ratio tempore pestis; adeoq; ad hanc  
 classem non spectat. Fugam etenim simpliciter negant *Casuisse*  
 plurimi, ex evidenti ratione, quod tunc Ecclesia praecipue ope Mi-  
 nistri indigeat, item: quod solatio tunc adesse debeat aegrotanti-  
 bus; vid. *D. Mengerling* in Inform. Consc. Evangel. Dom. Re-  
 minisc. quaest. 2. *Gerhard.* L. Th. de M. E. §. 290 *Tarnovius* l. c.  
 p. 1399. sq. Unicum adhuc restat, quod imprimis excutiendum  
 erit (omnes enim recensere casus, nobis nunc non licet.) ni-  
 mirum: quid ei faciendum, qui se illegitime vocatum esse, certo  
 novit? Resp. *Pfeifferus* in Anti-Melanch. Priori P. II. p. 242. Ist  
 deine Vocation gleich nicht recta in fieri, nach allen Umständen/richt-  
 ig gewesen / du bist per casus obliquos, sur unrechten Thür / zum  
 Schwaffstall eingegangen / so ist doch deine Amtesverrichtung / dorer  
 sich die Kirche gebrauchet efficax und fruchtig / und deine vocation  
 wird in facto esse, von der Kirchen ratificirt und subsequenter legi-  
 timirt, oder genehm gehalten. Placet autem praeter illa modo addu-  
 cta, subnectere quoque illa quae à *D. Langio* erudite monentur in  
*Suppl. ad Bayeri Compend. Th. Mor.* p. 496. Porro dari possunt,  
*casus, ubi homines, quorum tanta est ministerium sacrum inba-*  
*bilitas, ut pateat, nec primam eorum vocationem fuisse divinam*  
*nec lapsu temporis, vtiim vocationis primae vel emendatum fuisse*  
*vel emendari adhuc posse, bona cum Conscientia; quemadmodum*  
*possunt imo debent, ni. sponte recedere velint, arceri à munere sacro,*  
*ita se abdicare eodem possint, imo (et si non nisi praevia causa cognitio-*  
*ne) etiam debeant; cum alias in gravi contra Conscientiam perseve-*  
*rent delicto, & cum magno Ecclesiae, quam curare nesciunt,*  
*damno, sint officii sacri partes servaturi.*

TANTUM!

SOLI DEO GLORIA.

Coll. diss. A. 64, misc. 35